

tione Tertii & Quinti alteri vel ipsi filio facta, imputentur: & pro hac opinione facit quod de impenfis in filiorum studio factis, resoluit Matien. in l. 3. tit. 8. lib. 5. Recop. quod quando non imputantur in sua legitima filio studendi, si pater facit meliorationem Tertii & Quinti de dicta melioratione

impenfa facta in studio filiorum*. Huc usque visum est de partitione inter virum & uxorem non habentes filios.

ADDITIO.

Vide D. Guttier. Practic. quesi. A lib. 3. quesi. 89.



TRACTA-



TRACTATUS

DE

PARTITIONIBUS

BONORUM COMMUNIIUM

PARS SECUNDA,

IN VARIAS DISTRIBUTA QUÆSTIONES,

De Partitionibus inter virum & uxorem liberos habentes,
primi & secundi matrimonii.

SUMMARIUM.

- 1 Pater, aut mater habens filios legitimos, & naturales, ex qua parte bonorum possint disponere inter extraneos.
- 2 Pater non habens liberos jam na-

ros, sed posthumum quem reliquit tempore mortis potest disponere de quarta parte bonorum inter extraneos in præjudicium posthumi.

- 3 Pater potest meliorare unum ex filiis vel nepotibus in tertio & quinto bonorum. Quod locum habet in testamento, non autem poterit meliorare filiam per contractum

- tractum ex causa matrimonii.
- 4 Si pater melioravit filium in Tertio, & Quinto bonorum vel in una re quæ facit Tertium, & Quintum bonorum, quæ habebat tempore quo dotavit filias, nunc vero deductis ex bonis, quæ nunc habebat tempore mortis excedit Tertium & Quintum: an valeat talis melioratio, vel sit inofficiosa.
- 5 Si pater melioravit unum filium in Tertio & Quinto bonorum quod assignavit illi in una re quam possidebat, quæ faciebat Tertium & Quintum, & legitimam, & non habebat alia bona tempore mortis: quia jam tradiderat legitimas suas in vita ceteris filiis, an valebit prædicta melioratio in totum.
- 6 Donatio simplex non confertur, quia tacite videtur pater, aut mater in ea meliorare filiam.
- 7 Si pater aut mater melioravit unum ex filiis in Tertio & Quinto bonorum suorum, si plus non dixerit, non valebit melioratio ultra Tertium & Quintum bonorum quæ possidebat tempore mortis, licet jam dedisset legitimas suas cæteris filiis.
- 8 Si pater donaverit simpliciter aliquam rem uni ex filiis, ex quo videtur eum meliorasse in Tertio & Quinto bonorum supra dicta donatio non excedat Tertium, nec
- Quintum bonorum, an censetur melioratio facta de Tertio, aut de Quinto bonorum.
- 9 Si pater melioravit unum ex filiis in Tertio, alium vero extraneum in Quinto bonorum prius deducetur Quintum quam Tertium; & ibi ratio hujus assignatur.
- 10 Si pater melioravit filium in Tertio bonorum, nec disposuit de Quinto; tunc Tertium debet deduci de omni hereditate patris.
- 11 Si pater habens filium naturalem, vel spurium, careat filiis legitimis, habeat tamen fratres, & legaverit filio naturali Quintum bonorum, & fratres suos hæredes instituerit, & aliqua legata pia fecerit vel gratuita, an hæc legata deducuntur de Quinto, vel de tota hereditate.
- 12 Declaratur lex 30. Tauri.
- 13 Filius naturalis non existentibus legitimis est capax totius hereditatis patris.
- 14 Filius naturalis, cui pater legaverit Quintum bonorum, tenetur pro rata Quinti solvere debita paternam.
- 15 Pater habens filium naturalem, si condemnatur in vita, ut ei unoquoque anno centum dei nomine alimenterum, & melioraverit unum ex filiis legitimis in Tertio & Quinto bonorum, an deducuntur de quinta parte bonorum alimenta prædicta, vel de

tota

- disposuit de Quinto; an valebit dictum gravamen positum in Tertio? & dicitur quod valebit usque ad Quintum.
- 21 Declaratur alio modo lex 30. de Toro.
- 22 Pater si melioravit unum ex filiis in Tertio bonorum, alium filium in Quinto: & jussit, ut filius melioratus in Tertio solveret dimidium Tertii, vel legata de illo Tertio solverentur, an possit hoc facere, & filius melioratus in Tertio illud teneatur implere? ubi concluditur, quod sic, dum gravamina non excedant Quintum.
- 23 Quæ impensa funeris deduci debeant de Quinto, an solum necessæ ad humandum corpus, vel alia quæ ad pompam sunt, & quomodo hoc debeat moderari.
- 24 An vestes lugubres veniant appellatione impense funeris, & an deduci debeant de Quinto.
- 25 Impensa facta pro curando corpore infirmo defuncti; an sit hodie impensa funeris, & deduci debeat de Quinto.
- 26 Impensa funeris propriæ, quæ & qualis dicatur, ut de Quinto deduci debeat.
- 27 Quod pater dedit filio ad Ordines sacros recipiendos, an videatur in eo melioratus, vel teneatur illud conferre fratribus suis.
- 28 Taxatur opinio Telli, & Antonii Gom. & probatur opinio De
- rota hereditate vel debitum hereditatis.
- 16 Alimenta debita filiis naturalibus, vel spuris, debent deduci de Quinto bonorum patris, etiamsi pater per sententiam condemnatus sit in dictis alimentis, nec debent deduci de tota hereditate tanquam æs alienum.
- 17 Pater si melioravit unum ex filiis in vita in parte bonorum, & in testamento melioravit alium filium in alio Quinto bonorum, vel illud Quintum legavit uxori an valeat utraq; melioratio Quinti? & dicitur quod valeat.
- 18 Pater si melioravit unum ex filiis in quinta parte bonorum, & alium filium in alio Quinto bonorum, quod potest; ex quo Quinto deducuntur legata, & funeris impensa.
- 19 De melioratione quintæ partis bonorum facta uni ex filiis per contractum inter vivos si pater melioraverit postea in testamento alium filium in alio Quinto, & jussit legata pia, & alia gratuita deduci de prima melioratione Quinti, non valebit talis dispositio, sed deducitur de ultima melioratione Quinti facta in testamento.
- 20 Pater si melioravit filium in tertia parte bonorum, & jussit, ut ex eo solveret legata pia, & gratuita, & impensam funeris, & non
- Z. Epif-

- Episcopi, & Avendani.
- 29 Donatio propter nuptias, de qua leges juris communis loquebantur hodie non est in usu.
- 30 Donatio quam pater facit filio ob causam matrimonii, vocatur communiter donatio propter nuptias, & de hac loquuntur leges Tauri.
- 31 Lex 17. Tauri declaratur, de qua donazione propter nuptias conferenda loquatur.
- 32 Donatio facta filio ad Ordines suscipiendos, non est donatio simplex, sed ob causam, & equiparatur donationi ob causam matrimonii, idcirco conferri debet.
- 33 Communis usus loquendi prævalens omni significationi verborum.
- 34 Donationes omnes, quæ fiunt ob causam matrimonii carnalis, vel spiritualis, vel ob quamlibet aliam causam à patre, vel matre, filii tenentur eas conferre fratribus.
- 35 Ratio quare donationes ob causam facta filiis conferenda sint.
- 36 Alia opinio Telliæ Fer. in l. 22. Tauri, taxatur, & improbat.
- 37 Donatio facta filio eunti ad bellum reputatur peculium castrense.
- 38 Bona immobilia, quæ pater donavit filio eunti ad castra, non reputantur castrense, sed solum mobilia, & ad bellum necessaria, velut arma, equus, & pecunia, vestes, & similia.
- 39 Pater si dedit filio libros, vestes clericales, vel pecuniam ad Ordines suscipiendas, reputabitur, quasi castrense.
- 40 Pater an possit revocare meliorationem quinta partis bonorum quam fecit filio, si ei tradidit possessionem ejus, vel ob causam onerosam id fecit, aut possit eam mutare, vel limitare.
- 41 Promissio de meliorando filio in Quinto bonorum ex causa onerosa, efficacior est quam traditio sine promissione, idcirco revocari non potest à patre.
- 42 Donatio dotis, si incipiat à traditione, non obligat donatam ad evictionem: secus si incipiat à promissione.
- 43 Declaratur lex 22. Tauri.
- 44 Promissio facta filio de meliorando in Tertio & Quinto bonorum ex causa onerosa matrimonii, etiamsi cum Tertio facta non fuerit valet irrevocabiliter in Tertio & in Quinto.
- 45 Pater si ex causa onerosa matrimonii promissit filia, vel genero suo non meliorare aliquem ex filiis in Tertio & Quinto bonorum, si contrafecerit, an revocabitur in totum dicta melioratio, vel solum quoad interesse filia, & generi, cui hæc promissio facta est.
- 46 In obligationibus facti faciendi, vel non faciendi, succedit obligatio ad interesse, non tamen quis præcisè tenetur ad faciendum, vel

- vel non faciendum.
- 47 Pater qui promissit ex causa onerosa non meliorare aliquem ex filiis, an poterit disponere pro anima, vel aliis de Quinto.
- 48 Pater si solvit pro filio aliquam quantitatem pro delicto ab eo commisso, an tenebitur eam conferre, vel imputare in legitima.
- 49 Pater, aut mater, si in alimentis filii, vel petendis tutoribus, aut in his removendis aliquid erogaverint, quando, & quibus casibus possint eis in legitimam imputare, vel si teneantur conferre? ubi distinguitur.
- 50 Opinio Anto. Gom. taxatur, & Li. C. de nego. gesto. declaratur.
- 51 Filius si solvit aliquod debitum patris, ab eo repetere potest nisi consuetudine quod animo donandi fecerit.
- 52 Omnia quæ pater, aut mater dedit filio ob aliquam causam, in dubio censentur data, ut in legitima computentur & ideo debent conferri, vel imputari, quia non est proprie donatio, sed anticipatio solutionis legitime.
- 53 Si pater solvit pro filio aliquam condemnationem pro delicto ab eo commisso, si in modica quantitate censetur ei donasse, & causa pietatis fecisse; ideo conferre id non tenebitur filius; secus verò si in magna quantitate fuerit id quod solvit.
- 54 Declaratur lex. in l. liber captivus, C. de captiv.
- 55 Declaratur, & distinguitur opinio Barto. in l. Stichus ff. de pecu. quæ alias absolute sumpta, non est vera.
- 56 Pater si aliquid erogavit pro filio ad obtinendum beneficium Ecclesiasticum, vel in lite, vel alio modo, an possit imputare in legitimam ejus, vel filius illud teneatur conferre.
- 57 Declaratur, & limitatur opinio Bartol. in l. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bonor.
- 58 Pater si aliquid impendit pro filio ad consequendam aliquam dignitatem, quæ commodum pecuniarium non habet, nec transmittitur ad heredes non tenetur filius conferre nec imputare in legitima.
- 59 Pater si accepit aliquam rem in tributum, vel in emphyteusim pro se, & uno ex filiis quem ipse elegerit, vel pro se, & filio majore, & tempore mortis multo plus valeat cum onere tributi, an filius, qui eam habere debet ex pacto patris, teneatur conferre fratribus estimationem, vel pretium quod hodie plus valet.
- 60 Quod pater acquisivit filio, & justit ei tradi post mortem suam, non conferitur.
- 61 Relicta filio in testamento patris non conferitur. Quod fallit aliquando. 62.

- 63 Si pater accepit aliquam rem in emphyteosim pro se, & liberis suis, & hæredibus, sub certa pensione solvenda quolibet anno, ita quod non possit eam vendere, nec alienare, nec dividere, Arbitri ad dividendum dati adjudicare eam debent uni ex liberis, cum onere pensionis eo pretio quod valet tempore divisionis.
- 64 Si pater dedit filia suæ in dotem plusquam ei competit de legitima patris, ita quod inofficiosa, an pater, vel alii fratres possint statim petere id quod inofficiosum est.
- 65 Pater si dotavit filiam, & excedit legitimam respectu præsentis temporis; non potest ipse, neque filii ejus agere de inofficiosa dote in vita sua, sed expectare debent tempus mortis patris, ut inspicatur valor patrimonii tempore mortis.
- 66 Mortuo patre qui dotem inofficiosam dedit filia suæ, ceteri filii poterunt repetere dotem in eo quod excedit legitimam à marito, etiam constante matrimonio.
- 67 Maritus si legaverit uxori usumfructum bonorum suorum, vel alicujus fundi, an primò deduci debeant debita ipsius, vel teneantur hæredes ejus integrum usumfructum illius fundi uxori præstare.
- 68 Pater si legavit uxori usumfructum omnium bonorum suorum, an tale legatum valeat in præjudicium filiorum.
- 69 Declaratur l. uxori mea, ff. de usufruct. legat.
- 70 Legatum ususfructus omnium bonorum uxori factum, valebit etiam liberis extantibus, dummodo aestimatio ususfructus non excedat Quintum bonorum: & ita debet intelligi contraria communis opinio.
- 71 Declaratur tex. in authen. novissima, C. de inoffic. testam.
- 72 Declaratur l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. que loquitur de legitima filiorum.
- 73 Legatum speciei aliquando potest solvi in pecunia ex justa causa.
- 74 Legatum ususfructus potest solvi in aestimatione ex aliqua justa causa.
- 75 Aestimatio ususfructus legati quomodo fieri debeat.
- 76 Usufructu legato uxori omnium bonorum, an redditus liciti pecunie credita per hæredes pertineant ad uxorem, vel ad hæredes viri.
- 77 Si nomina debitorum pecunia collocata per hæredes post mortem mariti, quando ususfructus omnium bonorum legatus est uxori, deteriora facta sint an periculum pertineat ad hæredes, vel ad uxorem.
- 78 Usufructu legato uxori omnium bonorum, que in domo habebat,

an veniat ususfructus mercium quas maritus habebat ad vendendum.

- 79 Usufructu omnium bonorum uxori legato, quomodo uti debeat uxore rebus mobilibus, vel semoventibus, & quid teneatur reddere hæredibus mariti, extincto usufructu formali, qui nomen, & effectum juris habet; vel de usufructu casuali, qui capitis diminutione non amittitur.
- 80 Quid de uxore vel sponsa que non exivit ex patria potestate?
- 81 Verba testatoris secundum communem usum loquendi intelligi debent, non secundum juris significationem.
- 82 Effectus notabiles, qui ex prædicta conclusione sequuntur; quod usufructu omnium bonorum legato uxori, non intelligatur legatus ususfructus formalis, qui nomen & effectum juris habet, sed ususfructus casualis, qui causatur ex fructibus secundum communem usum loquendi.
- 83 Declaratur notabiliter l. finalis, C. de usufruct.
- 84 Usufructu omnium bonorum mobilium uxori legato, an teneatur bona mobilia, que recepit, reddere in eadem aestimatione, & bonitate, vel sufficiat reddere detrita, vel consumpta usu quotidiano eorum.



UNO de secunda parte hujus Tractatus videndum est, videlicet de partitione bonorum communium inter virum & uxorem liberos habentes, & primo, admonendum sumus quod omnia supradicta in prima parte, ubi de partitione bonorum communium inter virum & uxorem egimus, hic repetita esse censeantur, ubi non est ratio diversitatis propter filios; nam licet particulari tractatu, ac divisione ea tradidimus gratia clarioris intellectus, & ut lectores facilius ea que velint dubia, ac quæstiones invenirent; non tamen negamus, quod multa ibi tradita aptari possunt ad secundam partem videlicet ad partitiones, que fiunt de bonis communibus inter virum & uxorem liberos habentes, & hæredes eorum, puta ea omnia, que de Inventario, & ejus effectu, & de Arbitris ad dividendum datis, & de Aestimacione bonorum dicta sunt, & alia multa, que ad utramque partem Tractatus nostri pertinent. His itaque præmissis, ad secundam partem Tractatus nostri perveniamus.

QUÆSTIO PRIMA.

ET primò quæro: Si el padre, ó la madre tiene hijos legitimos, de que parte de sus bienes puede

Z 3. dispo.

disponer, ò mandar à estraños? Respondeo, que si los hijos son ya nacidos, no puede el padre disponer ni mandar à estraños mas del Quinto de sus bienes de que podia disponer por su anima: pero sino tenia hijos nacidos, sino que le quedo algun posthumo dejando su muger preñada: en tal caso puede disponer del quarto de sus bienes entre estraños en perjuizio del posthumo que era nacido, ni tenia derecho adquirido à los bienes de su padre, ut est text. notabilis, & expressus in l. 3. tit. 12. lib. 3. for. & ibi Glof. Montal. & idem tenet Roderi. Xua. in reper. l. quoniam in prioribus, in lectura, super l. 9. tit. 3. fori, quam legit in dicta repetit. l. quoniam in prioribus, in 9. limitatione: quod est valdenotandum, & pauci advertunt ad dictam legem & ejus decisionem; & sepe occurrit in confuendo, quam partem relinquere poterit maritus uxori suæ de bonis suis, quam prægnantem relinquit; & communiter dici solet, quod non potest ei relinquere, vel legare ultra quintam partem bonorum suorum, sed veritas est, quod potest ei relinquere quartam, si non habebat alios liberos legitimos: per dictam legem.

ADDITIO.

A Sed cum ista lex non sit pōita

in nova Recopilatione, dubium est an possit praticari, Valdes. in addit. ad Roderic. Xuar. in d. 9. limitat. & nunquam vidi praticari, neque iudicio meo esset rationabilis, cum jam natus, & posthumus eodem jure ceteri debeant; ut notissimi juris est.

QUESTIO II.

Secundò quæro, qua ex parte possit pater vel mater meliorare filium, vel filiam suam in testamento? Respondeo, que el padre puede mejorar à uno, ò à muchos de sus hijos, ò hijas legitimas, en Tercio y remanente del Quinto de sus bienes, conforme à la ley del fuero usada y guardada; quæ est lex 9. tit. 5. lib. 3. fo. à lo qual no impedira la pragmática del reyno, hecha en las cortes de Madrid el año de 34. quæ habetur in l. 1. tit. 2. lib. 5. Recop. que dispone, que la hija no pueda ser mejorada en el Tercio de los bienes de su padre, tacita, ni expresamente; porque aquello se entiende por contrato entre vivos, por via de casamiento, pero no por testamento; y assi se entiende la dicha pragmática ex verbis ejus, lo qual se ha de limitar, que si el padre ò la madre prometio, por via de casamiento, de mejorar à su hija en el Tercio de los bienes suyos, y después en cumplimiento desta promesa,

sa, hoc expresso in testamento, la mejorasse en el Tercio en su testamento, no valdria esta mejora hecha en el testamento, por ser en fraude de la dicha pragmática. Quia censetur factum in consequentiam prioris obligationis: argu. text. in l. 3. §. scio, & quæ ibi not. Glo. & DD. ff. de minor. Sed si pater prælegasset ei in suo testamento aliquam rem in specie, non dando eam in solutum dictæ meliorationis, quam promiserat; crederem quod valeret legatum, quia nulla lege prohibetur; si non excedat quantitatem legitimam à jure taxatam. Et idem crederem, si totum Tertium eidem filia prælegasset in testamento, adjiciens, quod propter servitia, vel merita hoc facit, sciens, quod non valuit promissio præcedens ex causa dotis ei facta; maxime si maritus, cui facta est promissio esset mortuus, argument. text. & quæ ibi not. Doctores in l. legata inutiliter, ff. de legat. 1. & l. si quando, in princ. eod. tit.

QUESTIO III.

Tertio quæro: Si el padre dio à sus hijos en su vida todo lo que les pertenecia de su legitima en dotes, y en donacion propter nuptias, y después mejorar al uno de ellos, ò à otro que no avia recibido

cosa alguna, en el Tercio, y remanente del Quinto de sus bienes, ò de mejorar en alguna heredad, que vale el Tercio y Quinto de sus bienes, respecto de los bienes que tenia al tiempo que dio à los otros hijos las donaciones propter nuptias, y dotes: pero respecto de los bienes que le quedaron dadas las dichas dotes, y donaciones propter nuptias, à los otros hijos excede esta mejora en mucha cantidad del Tercio y Quinto de los bienes que el padre tenia al tiempo que hizo esta mejora, quæritur, si valdra esta mejora en todo, ò en que parte valdra.

Y para que mejor se entienda este caso, por que es muy contingible, exempli gratia, pongamos que un padre tenia quatro hijos: y su hacienda valia quatro mill ducados, que vale un quento y quinientos mill maravedis, dio à cada uno dellos en dotes, y donaciones propter nuptias, para sus casamientos cada dozientos mill maravedis, que montaron los ochocientos mill maravedis, quedose con los setecientos mill maravedis, que es el Tercio y Quinto de sus bienes de todos los dichos un quento y quinientos mill maravedis, porque el Quinto de ellas, que es lo que ha de sacar primero, monta trescientos mill maravedis; y el Tercio quatrocientos mill maravedis: por manera, que los hijos fuerõ pagados enteramente de sus legitimas, que les cabia entre

tre quatro à doxientos mill maravedis, que son los ochocientos mill que el padre les dio para en quenta de sus legitimas, en dotes, y donaciones propter nuptias, para sus casamientos. *Aora el padre da à uno de sus hijos todo lo que quedava, y mejoralo en ello en el Tercio y Quinto de sus bienes. Los otros hermanos dicen, que la mejora de Tercio y Quinto solamente vale, y puede valer, de aquellos bienes que el padre tenia y le avian quedado, que son setecientos mill maravedis, al tiempo que murio y hizo la dicha mejora en su testamento al uno de sus quatro hijos, secundum leg. 3. & l. 29. de Toro, & l. 7. tit. 9. lib. 5. Reco. el mejorado pretende que pudo valer en todo, y que los otros hermanos no han de llevar nada de aquellos bienes, porque ya estavan pagados y entregados de sus legitimas; nunc videamus quid juris sit in hoc casu, & quis eorum habeat potiora jura.*

In qua specie videtur, quod filius melioratus in Tertio & Quinto bonorum, non possit habere ultra Tertium & Quintum bonorum, quæ pater habebat tempore mortis, quo factum est dictum prælegatum, & melioratio, ut in l. 23. de Toro. *Secundo* quia melioratus in Tertio & Quinto bonorum, non potest illud extrahere de dotibus & donationibus propter nuptias factis aliis filiis,

ut in l. 25. de Toro. l. 9. tit. 6. lib. 5. *Reco.* quæ hoc expressè statuit. *Tertio*, quia appellatione bonorum, in quibus pater melioravit filium non continentur bona, quæ dederat filiis in dotem, & donationibus propter nuptias, cum illa non sint in bonis suis, sed jam sint alienata, & dominium eorum transferit in filios, vel generos suos; ut in l. fin. ff. de collat. do. & l. 1. §. fin. eod. tit. ut latè probavimus in prima parte hujus Tractatus.

Ex contrario videtur, quod dicta melioratio valuerit in totum; & sic filius melioratus habere debeat illa bona, quæ pater possidebat tempore mortis quo facta fuit dicta melioratio; *primò*, quia pater bene potuit in vita sua solvere debitam legitimam filiis suis in dotibus, vel donationibus propter nuptias ad alendum eos, & sustinendum onera matrimonii, & illud conferre tenentur, & imputare in legitimam suam, ut in l. illud, C. de collation. & in l. 29. de Toro, quæ expressè hoc disponit potuit enim pater exonerare se à debito bonorum subsidio, quod debet filiis, & illud in vita solvere, ut in l. post mortem, & quæ ibi not. DD. C. de fideicommiss. & in l. si filia, §. si pater, ff. fam. hercis. & in l. omnimodo, §. imputari, C. de inf.

inof. testa. tradit Bartol. in l. 1. §. si. ff. si quis à par. manu. fu. cum ergo integram legitimam eis solverit, & hodie cum fecit prædictam meliorationem, non habebat plus in bonis, quam antea: nullum gravamen recipere possunt ceteri filii; quibus legitimam integram dederat pater, si postea in favorem unius eorum voluntatem, & potestatem suam extenderit, meliorando eum in Tertio & Quinto, quod sibi retinuerat solutis legitimis integris unicuique filiorum; alioquin filii, qui legitimas suas integras receperunt, petere poterunt aliam legitimam de bonis, quæ remanserunt patri; & sic habebunt alias legitimas unusquisque eorum de eisdem bonis; & pater privabitur potestate sibi data à lege disponendi de bonis suis, de Tertio & Quinto bonorum inter filios, cum possit de Quinto inter extraneos, quod esset absurdum; & contra intentionem legis, quæ permittit patri disponere de bonis suis, dummodo filius non gravetur legitima sua, ratione bonorum, quæ habuit tempore mortis: ut in l. cum quaeritur, & in authen. novissima, C. de inoffic. testa. cum ergo filii habeant legitimam integram bonorum, quæ pater habuit tempore mortis, & plus de illis bo-

Ayora de Partitionib.

nis, quæ habebat tempore, quo dedit eis prædictas dotes, & donationes propter nuptias, sine dubio videtur quod non possint impugnare iudicium patris, cui liberum datur arbitrium dividendi hæreditatem inter filios, dummodo non minorem portionem, quam quæ debetur eis, relinquat, ut in l. parentibus arbitrium, C. de inoffic. testa. & in l. quotiens, C. fami. hercis.

In quo puto sic distinguendum esse, *O el padre en su testamento, o escriptura de mejora, dijo, que mejorava à su hijo en el Tercio y Quinto de sus bienes que tenia y poseya de presente, de sus bienes absolute, o indefinitamente; y en tal caso esta mejora no se estendera à mas de los bienes que de presente tiene al tiempo de su muerte; non ex defectu potestatis, sed voluntatis porque el mismo se limite, y no dijo mas en la mejora que hizo, ni se estendio à mas de los bienes que tenia, y estos bienes no se entienden de los que tenia enagenado y dado en dotes y donaciones propter nuptias; salva ratione recti sermone filius non gravetur legitima sua, ratione bonorum, quæ habuit tempore mortis: ut in l. Plantius, ff. de auro, & argen. leg. de las quales dichas dotes, y donaciones, no se puede sacar la mejora de Tercio y Quinto conforme à la ley de Toro; aunque desues la traygan los hijos à colacion, y particion.*

Aa Prr

¶ Pero si el padre digesse que mejora al hijo en el tercio y quinto de sus bienes, que de presente tiene, y en todo aquello que puede mejorarle de derecho, por quanto et tiene dadas à sus hijos sus legitimas en vida, y todo aquello que avian de aver de sus bienes, y solamente se quedo con el Quinto y Tercio de sus bienes para disponer dellos como el derecho le da facultad, ò le mejoro en alguna cosa que valia tanto, como el Tercio de sus bienes, ò como el Tercio y Quinto, que es todo lo que tenia quando murio; en tal caso, sine dubio crederem, que pudo el padre mejorarle en todo el Tercio y Quinto de todos los bienes, assi de los que presente tiene, como de los que tenia al tiempo que dio las dotes, y donaciones propter nuptias, à los otros sus hijos y les dio enteramente sus legitimas de todo lo que tenia, que fue dozientos mill maravedis à cada uno dellos que montaron ochocientos mill maravedis, que fue la legitima de todos los hijos, por que solo le quedo y resto el Tercio y Quinto para disponer dello, el Quinto por su anima, ò entre estranos y el Tercio entre sus hijos, por las razones arriba dichas, y porque no ha de ser de peor condicion el padre que dio en su vida à sus hijos sus legitimas, que el que no las dio hasta la muerte; maxime, que en las dotes, y donaciones propter nuptias se suele decir y poner en la escriptura,

que lo da para en cuenta de su legitimo del hijo, y aunque no se diga, el derecho lo dice y dispone, porque es donacion ob causam, hecha para este efecto, por lo qual se ha de traer à colacion y particion, como lo dice la ley 29. de Toro, quæ habetur l. 3. titu. 8. lib. 5. Recop. porque no es mera donacion, sino dado por esta causa tacita, ò expressa, ex quadam necessitate, para en cuenta y pago de su legitima, ut in l. si filia, §. si pater, ff. famil. hercisic.

¶ Y lo segundo, porque teniendo los otros hijos recibidas sus legitimas enteramente de todos los bienes, que su padre tenia y tuvo hasta el dia de su muerte, no pueden quejarse de inofficioso testamento: ut in allegata lege, cum quæritur, C. de inoffi. testam. aunque el padre diese todos los bienes que le quedaron, por via de mejora, à uno de sus hijos, pues lo pudo hazer, lege permissente.

¶ Lo tercero, porque por la misma razon que aviendo el padre en vida dado à un extraño el Quinto de sus bienes, no puede de spues en la muerte disponer de otro Quinto entre extraños en perjuizio de sus hijos, ut in l. 28. de Toro, l. 12. tit. 6. lib. 5. Recop. por esta misma razon, à contrario sensu, aviendo dado el padre à sus hijos en su vida en dote, y donacion propter nuptias, lo que les pertenecia, y avian de haver de sus bienes

bienes en su legitima, no sera obligado en muerte à darles otra legitima, sino tiene mas bienes adquiridos al tiempo de la muerte; porque seria en perjuizio de los otros hijos, si los huviesse y no los huviesse dado nada. Et hoc puto verissimum; & idem expressè tenet Tello Fer. in l. 25. Tauri, n. 4. usque in fi. & Ant. Go. in l. 29. Tauri, n. 35. licet non ita distinguat.

¶ Quod puto intelligendum secundum distinctionem supra positam; & idem sentit Rode. Xuar. in repet. l. 6. tit. 5. li. 3. fo. quæ loquitur de legitima filiorum, quam legit simul cum repetitione. l. quoniam in prioribus, in 6. quæf. in verb. 6. quæritur, utrum hæc melioratio, fol. 97. Et licet aliquantum dubitaverit super hoc, tamen dubitatio ejus non cadit super quæstione, & casu nostro; sed super alio videlicet, an melioratio facta de Tertio & Quinto possit extrahi de dotibus, & donationibus propter nuptias factis aliis filiis? super quo edita est poera l. 25. de Toro, quæ habetur l. 9. titu. 6. lib. 5. Recop. quæ hoc prohibet, licet ipse tenuerit, quod pater hoc possit facere, si expressè hoc disposuit in suo testamento: quod hodie non procedit attenda dispositione dictæ legis 25. de Toro: quæstio verò nostra procedit in alio casu, videlicet quando filius melioratus in Tertio &

Quinto non vult illud extrahere de dotibus, & donationibus propter nuptias factis, sed vult ut impotent filii in suam legitimam, id quod receperunt in dotibus, & donationibus ob causam factis; quod est diversum: ideo non obstat supradictæ conclusioni dictæ lex 25. de Toro, quæ loquitur in alio casu; quod est mentis tenendum, quia quotidie contingit, & male intelligitur in practica, quia pauci ad hoc advertunt.

¶ Hoc tamen intelligendum est, & limitandum, ut procedat in casu, quo loquitur, videlicet in dotibus datis, vel donationibus propter nuptias quas filii tenentur conferre; non autem in donationibus simplicibus factis à patre, vel matre; quia istæ non conferuntur: Sed filius, cui talis donatio facta est, habet illud præcipuum, tanquam si pater expressè eum meliorasset in eo, ut in l. 26. de Toro: l. 10. titu. 6. lib. 5. Recopi. quæ hoc expressè disponit, si ergo melioratio ei facta est de illa re, non habebit filius postea melioratus Tertium & Quintum totum, sed residuum quod superest deducta prima donacione simplici, ut not. DD. moderni, maxime Cifuen. & Ant. Go. & in l. 17. & in l. 29. in eisdem legibus.

Item dicta conclusio est intelligenda, non solum ut procedat in specie, & casu proposito sed in aliis similibus: videlicet, Si el padre huviesse dado à sus hijas en dote todo lo que les pertenece de sus legítimas, y à los hijos los huviesse dado alguna cosa mas de lo que les pertenece de su legítima: porque la demasia se entiende ser mejorado en ello conforme à la ley 17. de Toro, porque aunque en las dotes este corregida por la pragmática de las cortes de Madrid del año de 34. Pero en las donaciones propter nuptias, que se hazen à los hijos varones, no lo es; en tal caso podra el padre disponer de todo el Tercio y Quinto de todos sus bienes, juntando las dotes, y donaciones propter nuptias, y haziendolo todo un cuerpo, no para sacar la mejora que huviere de las dotes, y donaciones propter nuptias, sino podra disponer entre estranos de su Quinto, & por su anima, y del Tercio entre sus hijos: pero tanto menos podra disponer del Tercio el padre, quanto huviere dado demas de sus legítimas à sus hijos varones; porque aquello se entiende ser mejora hecha primero al otro hijo, à quien hizo la donacion propter nuptias, dandole mas de lo que le cabe de su legítima: y por el contrario, si huviesse dado à sus hijos en dotes, y donaciones propter nuptias, no todo lo que les pertenece de los bienes del padre, por-

